ANTOLOGIA

Libro 4
Doc 8

P O P U L U S.

LG. 2, 9.-

Placuit Deo homines...in populum constituere, qui in veritate Ipsum agnoscerent Ipsique sancte servirent.

Credentes in Christum...constituuntur tandem genus electum, regale sacerdotium, gens santa, populus adquisitionis.

Populus ille mesianicus habet pro capite Christum...

habet pro conditione dignitatem libertatem que filiorum Dei...

habet pro lege mandatum novum diligendi sicut Christus dilexit nos.

habet tandem pro fine Regnum Dei...

A Christo in communionem vitae, caritatis et veritatis constituitur, ab Eo etiam ut instrumentum redemptionis omnium assumitur, et tamquam lux mundi et sal terrae ad universum mundum emittitur.

Novus Israel...Ecclesia Christi nuncupatur...

Deus congregationem eorum qui in Jesum...credentes aspiciunt, convocavit et constituit Ecclesiam, ut sit universis et singulis sacramentum visibile huius salutiferae unitatis.

PATRIMONIO UC

LG. 4, 32.

... vera tamen inter omnes viget aequalitas quoad dignitatem et actionem cunctis fidelibus communem circa aedificationem Corporis Christi.

... fratres habent eos qui in sacro ministerio positi...familiam Dei pascunt...

AA. 1, 2.

Apostolatus dicitur omnis navitas Corporis Mystici...

Ecclesia exercet apostolatum per omnia sua membra, variis quidem modis.

Est in Ecclesia diversitas ministerii, sed unitas missionis.

Vocatio christiana natura sua est vocatio ad apostolatum.

In Ecclesia totum corpus secundum mensuram uniuscuiusque membri augmentum corporis facit.

ACTIVITAS CHRISTIFIDELIUM IN GENERE.

LG. 2, 10.

Universi discipuli Christi, in oratione perseverantes et collaudantes Deum, seipsos hostiam viventem, sanctam, Deo placentem exhibeant, ubique terrarum de Christo testimonium perhibeant, atque poscentibus rationem reddant de ea quae in eis est spe vitae eternae.

LG. 2, 11

Sacramento confirmationis perfectius Ecclesiae vinculantur, speciali Spiritus Sancti robore ditantur, sicque ad fidem tanquam veri testes Christi verbo et opere simul defendendam et difundendam arctius obligantur.

LG. 2, 12.

Spiritus Sanctus... inter omnis ordinis fideles distribuit gratias quoque speciales, quibus illos aptos et promptos reddit ad suscipienda varia opera et officia pro renovatione et ampliori edificatione Ecclesiae proficua, secundum illud: "Unicuique datur manifestatio Spiritus ad utilitatem..

LG. 2, 17.

Solemne Christi mandatum annuntiandi veritatem salutarem Ecclesia ab apostolis recepit adimplendum usque ad ultimum terrae. Undo sua facit verba Apostoli: Vae... mihi est si non evangelizavero!

Cuilibet discipulo Christi onus fidei disseminandae pro parte sua incumbit.

LG. 4, 33.

Apostolatus autem laicorum est participatio ipsius salvificae missionis Ecclesiae, ad quem apostolatum omnes ab ipso Domino per baptismum et confirmationem deputantur.

( Hic Apostolatus)... ad omnes omnino christifideles aspectat...

LG. 4, 36

...Ita Christus per Ecclesiae membra totam societatem humanam suo salutari lumine magis magisque illuminabit.

AA. 1, 2.

Membrum quod ad augmentum corporis secundum suam mensuram non operatur nec Ecclesiae nec sibi prodesse dicendum est.

In Ecclesia est diversitas ministerii, sed unitas missionis.

PATRIMONIO UC

-3-

AL. 1, 3.

Apostolatus in fide, spe et caritate exercetur, quas Spiritus Sanctus in cordibus omnium Ecclesiae membrorum infundit.

Omnes christifideles urgentur praecepto caritatis ad procurandam gloriam Dei per adventum regni eius et vitam aeternam omnibus hominibus.

Omnibus...Christifidelibus onus praeclarum imponitur adlaborandi ut divinum salutis nuntium ab universis hominibus ubique terrarum cognoscatur et accipiatur.

Ad hunc apostolatum exercendum Spiritus Sanctus... fidelibus peculiaria quoque tribuit dona...ut sint et ipsi sicut boni dispensatores multiformis gratiae Dei in aedificationem totius corporis in caritate.

Ex horum carismatum, etiam simpliciorum, acceptione, pro unoquoque credentium ius et officium oritur eadem in bonum hominum et aedificationem Ecclesiae exercendi in Ecclesia et in mundo, in libertate Spiritus Sancti et simul in communione cum fratribus in Christo.

AL. 2, 6.

In corde omnium debent resonare illa verba Apostoli: Vae enim mihi est si non evangelizavero.

AL. 4,18.

Apostolatus a singulis peragendus, ex fonte vitae verae christianae abundanter profluens, primordium est et conditio omnis apostolatus laicorum, etiam consociati, nec quidquam pro eo substitui potest.

Christifideles et singuli ad apostolatum exercendum in variis suae vitae condicionibus vocati sunt.

PATRIMONIO UC

UNUSQUISQUE IN SUO ORDINE ET PRO PARTE SUA.

LG. 2, 13.

Populus Dei...in seipso variis ordinibus conflatur. Adest enim inter membra eius diversitas, sive secundum officia..., sive secundum condicionem et vitae ordinationem...

LG. 4, 30

Sciunt enim pastores se a Christo non esse institutos ut totam missionem salvificam Ecclesiae versus mundum in se solos suscipiant...

...Cuncti suo modo ad commune opus unanimiter operantur...

LG, 1, 7.

Ecclesia exercet apostolatum per omnia sua membra, variis quidem modis.

Laici, muneris sacerdotalis, prophetici et regalis Christi participes effecti, suas partes in missione totius populi Dei explent in Ecclesia et in mundo.

(pastorum est) de (charismatum) germana natura et ordinato exercitio iudicium ferre.

DE LAICIS.
A) LAICORUM INDOLES.

LG. 4,30

Laicis, viris et mulieribus, ratione condicionis et missionis, quaedam particulariter pertinen....

LG. 4, 31.

...Suo modo participes facti pro parte sua missionem totius populi christiani in Ecclesia et in mundo exercent.
Laicis indoles saecularis propria et peculiaris est.

Laicorum est, ex vocatione propria, res temporales gerendo et secundum Deum ordinando, regnum Dei quaerere.

In saeculo vivunt, scilicet, in omnibus et singulis mundi officiis et operibus, et in ordinariis vitae familiaris et socialis condicionibus, quibus eorum existentia quasi contexitur.

Ibi a Deo vocantur, ut suum proprium munus exercendo, spiritu evangelico ducti, fermenti instar, ad mundi santificationem veluti ab intra conferant, sicque praeprimis testimonio vitae suae, fide, spe, et caritate fulgentes, Christum aliis manifestent.

Ad illos ergo peculiari modo spectat res temporales omnes, quibus arcte coniunguntur ita illuminare et ordinare, ut secundum Christum iugiter fiant et crescant et sint in laudem Creatoris et Redemptoris.

Laici autem speciatim ad hoc vocantur ut praesentem et actuosam reddan Ecclesiam in eis locis et rerum adiunctis ubi ipsa nonnisi per eos sal terrae evadere potest.

AA, 1, 12.

Laicorum status proprium eo est ut in medio mundi negotiorumque saecularium vitam agant... A Deo vocantur ut...fermenti instar in mundo apostolatum suum exerceant.

AA, 4, 16.

Peculiaris forma apostolatus laicorum est testimonium totius vitae laicalis e fide, spe et caritate emanantis.

Oportet ut laici in vita familiari, professionali, culturali et sociali rationes agendi altiores in lumine fidei quaerant aliisque occasione data, patefaciant, conscii se sic Dei Creatoris, redemptoris et sanctificatoris cooperatores fieri, laudemque ei praestare.

PATRIMONIO UC

B) LAICORUM ACTIO IN GENERE.



LG/ 4.33

Laici...vocantur ... ut ad Ecclesiae incrementum...vires suas ...conferant.

Omnibus igitur laicis onus praeclarum incumbit adlaborandi ut divinum salutis propositum ad universos homines omnium temporum et ubique terrarum magis magisque pertingat.

Via proinde eisdem undequaque pateat... ut... opus salutare Ecclesiae naviter et ipsi participent .

35 ... laici evadunt validi praecones fidei sperandarum rerum,si cum vita ex fide profesionem fidei indesinenter coniungunt.

Universos laicos opertet ad dilatationem et incrementum Regni Christi in mundo cooperari.

36 Dominus... regnum suum etiam per fideles laicos dilatare cupit.

38 - Unusquisque laicus debet esse coram saeculo testis resurrectionis et vitae Domini Iesu atque signum Dei vivi.

AL.Proemio.1.

Laici habent partes propias et omnino necessarias in missione Ecclesiae.

Apostolatus laicorum promanat ex ipsa eorum christiana vocatione.

Apostolatus laicorum nunquam potest in Ecclesia deficere.

AL.3.9.

Laici suum excercent multiplicem apostolatum tam in Ecclesia quam in mundo.

10. Utpote participes muneris Christi sacerdotis,prophetae et regis laici suas partes activas habent in Ecclesiae vita et actione.

AL.4.18.

Ad huismodi apostolatum... omnes laici cuiusvis condicionis vocantur eoque obligantur,etsi deest eis occasio vel possibilitas in associationibus cooperandi.

B) LAICORUM ACTIO IN ECCLESIA

LG.4.31.

... suo modo participes facti,pro parte sua missionem totius populi christiani in Ecclesia ...excercent.

33. Laici...vocantur...ut ad Ecclesiae incrementum...vires suas omnes...conferant.

Apostolatus autem laicorum est participatio ipsius salvificae missionis Ecclesiae...

Laici insuper diversis modis ad cooperationem magis immediatam cum apostolatu Hierarchiae vocari possunt.

Praeterea aptitudine gaudent ut ad quaedam munera ecclesiastica ad finem spiritualem exercenda, ab Hierarchia assumantur.

Via proinde eisdem undequaque pateat... ut... opus salutare Ecclesiae naviter et ipsi participent.

37. Sacri vero Pastores laicorum dignitatem et responsabilitatem in Ecclesia agnoscant et promoveant...cum confidentia eis in servitium Ecclesiae officia committant...

A.A.10

Etiam laici habent suas magni momenti partes adimplendas in ministerio verbi et sacramentorum.

Hoc potissimum in ordine apostolatus laicorum et ministerium pastorale mutuo se complent.

Intra communitates Ecclesiae eorum actio est tam necessaria ut sine ea ipse pastorum apostolatus plenum suum effectum assequi plerumque nequeat.

Assuescant laici intime cum sacerdotibus suis uniti in paroecia operari. Colant sensum dioecesis.

Suam cooperationem ad campos interparoecialem, interdioecesanum, nationalem vel internationalem extendere satagant.

De necessitatibus populi Dei in toto orbe terrarum solliciti sint. In primis suas reddant opera missionaria, subsidia materialia vel etiam personalia praestando.

Finis immediatus huiusmodi organizationum finis apostolicus Ecclesiae est, scilicet, in ordine ad homines evangelizandos et sanctificandos eorumque conscientias christianas efformandas ita ut varias communitates variosque ambitus spiritu Evangelii imbuere valeant (prima nota Actionis Catholicae).

Sacrosanctum Concilium has institutiones, quae necessitatibus apostolatus Ecclesiae, apud multas gentes, certo respondent, enixe commendat... et cum aliis apostolatus formis semper fraterne in Ecclesia cooperentur.

22. Speciali honore et commendatione in Ecclesia digni sunt laici... qui perpetuo vel ad tempus servitio institutionum earumque operum seipsos, sua peritia professionali, devovent.

D)LAICORUM ACTIO IN MUNDO.

LG, 4, 35.

Christus...suum munus propheticum adimplet...etiam per laicos, quos ideo et testes constituit et sensu fidei et gratia verbi instruit ut virtus Evangelii in vita quotidiana, familiari et sociali, luceat.

Hanc spem...etiam per vitae saecularis structuras exprimant.

Haec evangelizatio....notam quandam specificam et peculiarem efficacitatem acquirit ex hoc quod in communibus condicionibus saeculi completur.

Quo in munere magni pretii apparet...vita matrimonialis et familiaris Ibi exercitium et schola praeclara apostolatus laicorum habetur...ut sibi invicem et filiis sin testes fidei et amoris christiani.

Proinde laici, etiam quando curis temporalibus occupantur, pretiosam actionem ad evangelizandum mundum exercere possunt et debent.

Fideles igitur totius creaturae intimam naturam, valorem et ordinationem in la in laudem Dei agnoscere, et per opera etiamsaecularia se invicem ad sanctiorem vitam adiuvare debent, ita ut mundus spiritu Christi imbuatur atque in iustitia caritate et pace finem suum efficacius attingat. In quo officio universaliter adimplendo laici praecipuum locum obtinen. Sua igitur in profanis disciplinis competentia suaque activitate, gratia Christi intrinsecus elevati, valide conferant operam ut bona creata secundum Creatoris ordinationem eiusque Verbi illuminationem humano labore, arte technica, civilique cultura ad utilitatem omnium prorsus hominum excolantur.

...ita Christus per Ecclesiae membra totam societatem humanam suo salutari lumine magis magisque illuminabit.

Laici... instituta et condiciones mundi, si quae mores ad peccatum incitant, ita sanent ut haec omnia ad iustitiae normam conformentur.

Ita agendo culturam operaque humana valore morali imbuent.

Hoc modo simul ager mundi melius pro semine verbi divini paratur et Ecclesiae latius patent portae, quibus praeconium pacis in mundum introeat.

AL. 2, 7

Laicos oportet ordinis temporalis instaurationem tanquam proprium munus assumere et in eo, lumine Evangelii et mente Ecclesiae ductos et caritate christiana motos, directo et modo definito agere

Ita discant in ordine temporali laborare ut hic temporalis ordo sua autonomia non privetur, in sua antonomia et praestantia propria perficiatur per destinationem in Christum, integrae vocationi hominis adaequetur, ulterioribus vitae christianae principiis conformis reddatur.

Inter opera apostolatus (in ordine temporalâ) eminet actio socialis christianorum.

Coniuges christiani sibi invicem,filiis suis ceterisque familiaribus gratiae cooperatores sunt et fidei testes.

Hanc familia ipsa missionem divinitus accepit ut sit prima et vitalis cellula societatis.

13

Apostolatus in ambitu sociali...adeo laicorum munus onusque est ut ab aliis numquam debite expleri valeat.

Hoc in campo illae testimonium per verbi testimonium complent.

Ibi... fratribus adiuvandis aptiores existunt.

Multi enim homines nonsisi per vicinos laicos possunt Evangelium audire et Christum agnoscere.

Immensus patet apostolatus campus in ordine nationali et internationali, ubi laici potissimum sunt sapientiae christianae administri.

Apostolatus laicorum munus est sollicitepr movere et in sincerum et verum fraternitatis affectum convertere...sensum solidarietatis omnium populorum.

Laici conscii esse debent campi internationalis.

E) ACTIONIS SPIRITUALIS ET TEMPORALIS DISTINCTIO ET HARMONIA.

LG. 3, 36.

Propter ipsam oeconomiam salutis fideles discant sedulo distinguere inter iura et officia quae eis incumbunt quatenus Ecclesiae agregantur, et ea quae eis competunt ut sunt humanae societatis membra. Utraque inter se harmonice consociare satagent, memores se, in quavis re temporali christiana conscientia duci debere, cum nulla humana activitas,ne in rebus temporalibus quidem,Dei imperio subtrahi possit.

...Distinctio haec simul et harmonia...

Sicut enim agnoscendum est terrenam civitatem, saecularibus curis iure addictam, propriis regi principiis, ita infausta doctrina, quae societatem, nulla habita religionis ratione,extruere contendit et libertatem religiosam civium impugnat et eruit, merito reiicitur.

AL. 1, 2.

Apostolatus dicitur omnis navitas Corporis Mystici directa ad hoc ut

PATRIMONIO UC

omnes homines salutaris redemptionis participes efficiantur et per eos mundus universus revera ad Christum ordinetur.

Laici.....suas partes in missiones totius populi Dei explent in Ecclesia it in mundo.

Laici exercent apostolatum sua operositate ad evangelisationem et sanctificationem hominum et ad rerum temporalium ordinem spiritu evangelico perfundendum et perficiendum.

AL. 2, 7.

Ita debent in ordine temporali laborare ut his temporalis ordo sua autonomia non privetur, in sua vi et praestantia propria perficiatur per destinationem in Christum, integrae vocatione hominis super terram adaequetur ulterioribus vitae christiannae principiis conformis reddatur.

LG. 2, 13.

~~Cum autem Regnum Christi~~ dehoc mundo non sit, ideo Ecclesia seu Populus Dei, hoc Regnum inducens, nihil bono temporali cuiusvis populi subtrahit; sed e contra facultates et copias moresque populorum, quantum bona sunt, fovet et assum assumit, assumendo vero purificat, roborat et elevat.

Idem, 17.

Opera autem sua efficit ut quidquid boni in corde menteque hominum vel in propriis ritibus et culturis populorum seminatum invenitur, non tantum non pereat, sed sanetur, elevetur et consummetur ad gl. Dei.

AFFIRMATIONES QUAEDAM DIRECTAE DE IURIBUS ET OFFICIIS LAICORUM.

LG. 4, 37.

Laici, sicut omnes christifideles, ius habent ex spiritualibus Ecclesiae bonis, verbi Dei praesertim et sacramentorum adiumenta, a sacris Pastoribus abundanter accipiendi; hisque necessitates et optata sua ea libertate et fiducia, que filios Dei et fratres in Christo decet, patefaciant.

Laici...ila quae sacri Pastores in Ecclesia statuunt, christianan obedientia prompte amplectantur....

Neque omittant precibus suis praepositos suos Deo commendare...

Sacri vero Pastores laicorum dignitatem et responsabilitatem in Ecclesia agnoscant et promoveant; libenter eorum prudenti consilio utantur, cum confidentia eis in servitium Ecclesiae officia committant et eis agendi libertatem et spatium relinquant, immo animum eis addant, ut etiam sua opera sponte aggrediantur. Paterno cum amore coepta, vota et desideria a laicis proposita attente in Christo considerent. Iustam libertatem quae omnibus in civitate terrestri competit, Pastores observantes agnoscant.

PATRIMONIO UC

AL. 1, 3

Laici officium et ius ad apostolatum obtinent ex ipsa sua cum Christo capite unione.

Per baptismum ... et per confirmationem ad apostolatum ab ipso Domino deputantur.

In regale sacerdotium et gentem sanctam consecrantur...ut ubique terrarum Christo testimonium perhibeant.

Ex horum charismatum, etiam simpliciorum, acceptione, pro unoquoque credentium ius et officium oritur eadem in bonum hominum et edificationem Ecclesiae exercendi, in Ecclesia et in mundo, in libertate Spiritus Sancti et simul in communione cum fratribus in Christo.

AL. 4, 18.

Apostolatus consociatus exigentiae christifidelium tum humanae quam christianae feliciter respondet.

Apostolatus saepe postulat ut actione communi impleatur.

Arcta virium coniunctio sola valet ad omnes apostolatus hodierni fines plene assequendos et eius bona valide defendenda.

Debita cum auctoritate ecclesiastica relatione servata, ius est laicis consociationes condere et moderari conditisque nomen dare.

AL. 5, 23.

Laicorum apostolatus recto ordine insertus esse debet in apostolatum totius Ecclesiae; immo, coniunctio cum eis quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei, elementum essentiale apostolatus christiani est.

Non minus necessaria est cooperatio inter varia apostolatus incoepta congrue ab Hierarchia ordinanda.

Exigitur omnium formarum apostolatus in Ecclesia mutua aestimatio et, servata uniuscuiusque propria indole, apta coordinatio.

24.- Plurima....inveniuntur in Ecclesia incoepta apostolica quae laicorum libera electione constituuntur et eorum prudenti iudicio reguntur.

Prae oculis habeant Episcopi, parochi, ceterique sacerdotes utriusque cleri ius et officium exercendi apostolatum esse commune omnibus fidelibus, sive clericis, sive laicis, et in aedificatione Ecclesiae etiam laicos proprias habere partes.

AL. 6, 30

Formatio ad apostolatum a prima puerorum institutione incipere debet.

Patet igitur eos ad quos spectat educatio christiana, officio quoque formationis ad apostolatum devinciri.(=laici in periodo educationis ius habent ad formationem ad apostolatum)

Immo unusquisque ad apostolatum seipsum naviter praeparare debet quod magis urget in adulta aetate.

PATRIMONIO UC